



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXIII. De Indulgentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

munia, & pluribus in solidum competentia, unum per se, quantum ad jus seu substantiam attinet, judicari sive intelligi sine altero non possit, *l. si ita scriptum* 13. §. *regula* 1. ff. *de liber. & posthum.* Bald. in *l. quidem* n. 18. *vers. & confirmatus*. C. *de jure delib.* idem in *repet.* l. *edita* num. 94. C. *de edendo* ubi infert, quod libellus intelligatur esse unus, etiam si ob res plures & diversas agatur, quoties eadem actione, aut ex facto eodem omnes petuntur, quod idem refert & sequitur Socin. *consil.* 26. n. 1. & *seq. vol.* 4. Ex hac obligationis individuitate inde etiam sequitur, quod unius exactionis condemnatio non possit non trahi ad alterum. *cap. si quis objecerit* 7. *cap. si quis prabendis* 15. t. 9. 3. Jaf. in *l. 2. C. de jud.* imò etiam ea, quæ insequuntur, regulariter ex eadem individuitatis natura, ut plene persequitur Cravert. in *repet.* l. 1. *limit.* 20. ff. *de Leg.* 1. Sic transactio super re una interposita ad alia connexa trahitur, tametsi horum nulla prorsus facta sit mentio. Gloss. in *cap. accusans de heretic.* in 6. Castr. in *l. si de certa*. C. *de transact.* Crot. in *l. 4. §. Cato* n. 124. *vers. tertio facit*. ff. *de verb. oblig.* eademque ratione, quæ cum tutore uno facta est transactio, ad aliorum utilitatem in individuis trahitur, Jaf. in *l. 1. notab.* 2. C. *de transact.* & similiter appellatio unius aliis etiam condemnatis in individuis sive rebus communibus prodest, cum pro omnibus eadem defensionis causa sit. *cap. pen. de appellat.* l. *omnibus*. ibiq. Jaf. *notab.* 3. C. *de his, quib. ut indign.* vid. Vult. 3. *Consil. Marpurg.* 3. n. 35.

II.

Indivisa & connexa unum & idem esse existimantur. *l. quod conclave*. ff. *de damn. infect.* Pacian. 1. *consil.* 139.

III.

Indivisibile semel factum divisibile, postea indivisibile divisibile manet, quod in terminis feudi Regalis respondit Socinus *consil.* 68. *vol.* 1. & *consil.* 165. n. 18. *vol.* 2. Schrad. *de feud.* p. 8. *cap.* 8. n. 41. *vers. 12.* Vult. d. *consil.* n. 246.

IV.

Eorum, quæ per se sunt individua, ut jurisdictio, &c. administratio tamen dividi potest, adeo ut vel alternatim, vel per Vicarium socii ea expediant. Perez. C. *de Tabular.* n. 7.

V.

Ubi negotium est tale, ut ex parte expediri non possit, socius invito socio, si utiliter agit, re communi uti potest. Hinc si duo sint domini navis & unus congruo tempore vult navem in mare mittere, alter in portu detinere, præferendus & is, qui re communi uti vult. *l. 25. §. 15. fam. exc.* Perez. C. *de Navicul.* n. 39.

VI.

Si pluribus munus individuum committatur, singuli in solidum obligantur, vid. Perez. & Brunnem. t. 1. C. *quò quisque ordin. conven.*

CAP. LXIII.

De Indulgentia.

Axioma I.

Quæ per Indulgentiam fiunt, juris vigorem

non obtinent, nec præjudicium possunt creare. *l. 1. de Constit. Princ.* Arnif. 2. *relect. polit. cap.* 6. *sect.* 3. n. 6. vide plura de hac re *infr. in fin. lib.* 14. *cap. de privilegiis.*

II.

Indulgentis crimina sublevanda à Principe, non sunt *l. 6. Cod. de cohortal. & Princip.* hinc & maxime privilegiati immunitatem à Principe habere non debent. Brunnem. C. *eod.* col. 4.

CAP. LXIV.

De Industrio.

Industrius semper præsumitur ditari & locupletior fieri quotidie. Cornet. *consil.* 199. *ad evidentiam lit. 9. vers. nec obstat.* *vol.* 1. Bald. Sali. *et. in l. si defunctus*. C. *arbitr. tutel.* Pacian. 1. *consil.* 117. n. 5.

CAP. LXV.

De Inepto, Ridiculo.

In omni dispositione sensus ineptus & ridiculus vitandus *l. 86. de hered. Inst.* l. 100. *de Condit. & demonstrat.* ubi vid. Cujac.

CAP. LXVI.

De Infamia & Infami

vid. Levis notæ macula.

Axioma I.

Cujus nullum est turpe factum, illius nulla vera est infamia. Quia infamiae causa sunt turpia, facta *arg. l. 1. §. 5. ff. de Extremord. cognit.* quibus cessantibus ipse quoque effectus cessabit. Ergo carnifices, filii eorum, item spurii non erunt vere infames. Laborant tamen levis notæ maculâ, de quâ suo loco.

II.

Quoties quis ex facto culposo damnatur, toties cessat infamia. *arg. §. 6. Instit. de suspect. Tutor.* Odiosa enim, quibus infamia accensetur, potius sunt restringenda *cap. odi.* 15. *De R. 7. in sexto.*

Exemplum est in *l. 8. ff. de his, qui notantur infamia*. ubi ille non fit infamis, qui ex ignorantia peccat, quæ tamen lata culpa est. Ita ex *l. Aquilia* condemnatus non fit infamis.

Declara: nisi fuerit culpa lata versutiae vel factum culposum à Lege specialiter notatum.

III.

Quoties quis ex delicto doloso condemnatur, toties fit infamis, quia dolus est mater infamiae & causa impulsiva, ob quam infamia irrogatur. Ita ergo propter calumniam *l. 4. §. 4. & 5. ff. de his, qui not. infam.* item ob furtum, rapinam, &c. condemnatus fit infamis.

Limita: modò in sententiâ expressum fuerit, quòd quis ob dolum sit condemnatus, alioquin reo integra manebit existimatio *l. 4. §. 1. & 2. ff. de suspect. tutor.*

IV.

Quoties factum turpe notorium non est, sed ullam excusationem admittit, toties illud per-